



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Apollinaris V. 5. Ianuar.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

IAN.  
nus.  
Aurea  
Sed &  
Mar-  
fonti  
arolus  
dolo  
ertā vi  
Pon-  
nimo  
dona  
. Ad  
ngens  
ultūm  
quam  
o est,  
x Sur.  
A.  
  
um in  
erbas  
mor-  
tolle-  
manz  
ector,  
cælo  
es sibi  
gypto  
taque  
ræltā  
vixit.  
na ac  
pluri-

S. IAN. *Vita Sanctorum.* 25  
plurima patrabat , magni undique ac-  
cursus fierent , novo miraculo colum-  
nas cœpit habitare ; quarum quarta , &  
quæ ei ultima fuit , alta erat pedes IV.  
& L. Hic ille stare columnâ suâ firmior ;  
dormire , aut considerare nunquam ; vix  
adeò unquam quid cibi capere , ea &  
agere & pati , ut hominem dubitarint ;  
Regibus denique , ac Imperatoribus  
imò orbi ad se confluenti vel oraculum  
esse , vel asylon . Indoluit hostis , & dolis ,  
quos domi suæ habet , usus , in flam-  
mantē currum non jam SIMEONEM ,  
sed alterum Eliam invitavit . Nec male  
profectò cessit astus . Verùm , cùm alte-  
ro pede jam extenso , sacrum Crucis  
signum efformasset , in ventos scilicet  
& orcum , non in cælos , cùm pessimo  
aurigâ abivit currus . At SIMEON , ut  
eâdem poenâ & se , & hostem ultum-  
iret , uno , ut erat tum , pede , annum so-  
lidum perstigit . Mortuus est deinde an-  
no ab orbe restaurato CDLX , atatis  
CIX . atque , ut vicisse scires , etiam post  
mortem stetit . *Ex Surio.*

S. A P O L L I N A R I S V. 5. Januar.  
Evnuchum specta ; sed apage illum-  
Parnassi ruborem : hunc , quem dici-  
mus , virginitas dedit , cælum risit , vel ,  
si mavis lacrimas , has quoque affudit  
cum suis ridenda Venus . Sed nunc ar-  
gumentum fabulæ habe . Fuit APOL-

B 5

LINA

26           *Vita Sanctorum.*       S.IAN.  
LINARIS altera Anthemii viri Consu-  
laris F. alteram dæmon malus inside-  
bat. Illa Christum sponsum cogitabat,  
at hominem parentes. Quid nî etiam  
sanctus amor hominum oculos iuderet  
ingeniosus? Abit Ierosolymam cum  
nobilissimorū parentum veniâ APOL-  
LINARIS; comites servulos, ancillas,  
opes trahit. Redux ex itinere has om-  
nes in egenos spargit, illos manu mit-  
tit, uno altero ve dunitaxat retento.  
Hos quoque pie fallit, & silvas habitat.  
Iam ubi aitū culicumque morsus cor-  
pus animalia que durarunt, & formam  
illam augustam cinxerunt, prodit è  
latebris monachum induita, Eunuchum  
se dicit, Dorotheum apud Macarium  
nominat. Interea adest soror, & è so-  
tore pellendus dæmon. Pellitur à Do-  
rotheo. Sed redit & præstigiis gravidam  
filiam Anthemii oculis exhibet, simul  
parentem Dorotheum mentitur. Ilicet  
hic ad patrem raptatur, inde ad cru-  
cem raptandus. At Dorotheus parenti-  
bus, & sorore in locum solum abdu-  
ctis, hanc iterum sanat, illis, positâ tan-  
tisper personâ, filiam se probat. Mox  
ad scenam suam revertens eremum,  
pergit monachos, oreum, orbem lu-  
dere; dum denique cum omniū plausu  
castissimam laryam mors detraxit. Ex  
*Sur. & Men.*

S. EDVAR-